

Leipz. Univ. 1652. Sept. 10.

CURATIONEM
CALCULI HU-
MANI,

Indultu

Amplissima Facultatis Medica in Illustri Lipsi-
ensium Academia

SUB PRÆSIDIO

DN. CHRISTIANI Sanger/Phil.

& Med.D.Facult.hujusd. Adsess. Anat.ac

Cheirurg. Prof.P.

Pro impetranda summos in arte Medica

honores adsumendi

LICENTIA,

Placidæ disquisitioni

P. P.

AUGUSTUS Hauptmann/ Dresd.

Med. Baccal.

Ad d. X. Sept. H. L. Q. C.

Annipost CHRISTUM natum

1652

L I P S I Æ,
LITERIS. QVIRINI BAUCHI.

399318

VIRI
AMPLITUDE HONORUM, ERUDITIONIS
EXCELLENTIA MAXIME CONSPICUIS, NEC
NON CONSULTISSIMIS,

D. D. JOANNI SCHILTERO,
JC. CELEBERRIMO CONSISTORII
ECCLESIAST. ET SCABINATUS ELECT.
ADSESSORI GRAVISSIMO, JUDICIIQUE
SUMMI PROV. ADVOCATO.

D. D. JOANNI PHILIPPI,
JC. FAMIGERATISS. COMITI PALAT.
COESAR. MAGNIFICO, JUDIC. SUPR.
PROVINC. UT ET CONSIST. ECCLESIAST. ELECT.
ADVOCATO ORDINARIO, B. VIRGINIS MARIÆ
COLLEGIUM COLLEGIATO, JURID. FACULT.

ADSESSORI.
DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS SUMMOPERE
COLENDIS, OBSERVANTIAQUE NON IN-
TERMORITURA ANIMITUS
PROSEQUENDIS
HOC INAUGURALE GYMNASMA
PECULIARI NOMINE
HOC EST
MENTE OFFICIOSISSIMA
D. S. C. Q.
AUGUSTUS HAUPTMANN.



AD HONOREM DEI
Et
PROXIMI SALUTEM.

Th. I.

Circa annum Naturæ nostræ infensissimum, & propter
insigne supplicium doloris, atrocissimum, imò ho-
dierno ævo familiarissimum, CALCULUM videli-
cet humanum, nunc rursus in medium ducens statim
provoco ad exercitium (bis jam frugibus arca trita est)
premissum in quo ex fundamentis pathologicis hujusmodi mali genera-
tionem, ni fallor, sufficienti declaratione exhibui, & tam philolo-
gica nonnulla circa Calculi Nomen, quam alia quoque diligenti in-
quisitione non indigna Lectoris benevoli censura eà qua par est ani-
mi submissione, proposui.

II. Operæ igitur præteritum duco, tribus & paucissimis sum-
mam intentionis meæ hic repetere, qua talis est: Nempe Calculum
generandi ansam quæsi in pane quotidiano, & eduliis reliquis
potulentisq; petrosi, Item ac potissimum in sale abundante,
tanquam unico tam solutionis, quam coagulationis principio;
Causam vero efficientem, ipsi concoctionis fermento, acori ni-
mirum ventriculi, & calori omnis generationis patrono asig-
navi; Qua occasione non tantum rationes manifestas, Veterum
pariter ac Modernorum hæc de re sententias ventilando, verum
non pauca luculentæ demonstrationis exempla etiam submi-
stravi.

III. Hoc prælibato, restare mihi demum videtur ut pro-
missis stare annis, quæ in proferenda calculi curatione, & studio
salamitosa hæc corpus nostrum injuriâ custodiendi, unâ cum agniti-
onis semionibus, consistere probe recordor. Itaque ut dicenda quadren-
dus hic curandi scopus ad præpositam causam haberi unice &
directè

dicere mihi dirigendus venit; ubi sanè, quantum per-ingenis imbecillitatem licet, id ipsum me obtenturum non despero, ut ineffabilia hæc miseria citius & feliciter ex nobilissimo Microcosmo amoveri possit.

IV. Agritudinum autem radices qui eradicare, & nervos earum qui enervare intendunt, in cognitione Ætiologia acquiescere non solent, sed ad explorationem hujus vel illius morbi ut recto tramite properare valeant. *signa pathognomonica*, hoc est, talia, quæ sunt propria, inseparabilia, & perpetuò concomitantia accidentia, ad negotium noscendi accersunt, quoniam rei ignotæ & non perspectæ, nulla debetur intentio, atq; auxiliandi scopus perperam hinc prospicitur: Adeò oleum & operam perdit Medicus accuratissimè signorum notitiâ destitutus.

V. Meritò Primates Medicinæ & operosa eorum industria laudantur, dum *doctrinam Semioticam* partem hujus artis summè necessariam, documentis scribè politis adornare ita allaborarunt ut offendicula hic nulla posteritati fermè reliquerint, & discipulos suos in explanando hoc articulo utiq; fideliter manuduxerint. Proinde hanc aberrare ego nunc potero, si *firmæ Præceptorum præcepta* hoc in puncto cum gratitudinis observantiâ sequar, & *genuinæ calculi signa* exinde sine morâ depromam.

VI. Attendens ergo *Antecessorum reliquias hæc in parte regulas*, deprehendo, ipsos *signa in duplicem dispelexisse classem*, facientes alia Diagnostica, quæ præsens sinistræ valetudinis nomen, & hujus vel illius morbi titulum declarant, veluti hoc ex *Pergameno indastrio illo Medicina Principe lib. d. opt. sec. emp. c. 6.* apparet; Alia vero *Prognostica*. quæ futurum morbi eventum & instantiam aut redituræ sanitatis, aut imminentis obitus præsignant, in antecessumq; prænumtiant: Et huc quoque *indicatoria illa*, quæ curationem indicant, sunt referenda, quorum mentionem instituit *idem Galen. lib. d. opt. sec. emp. c. 6.*

VII. *Diagnostica circa signa unicum* hoc tantummodo, dum in consideratione eahic priorem habent locum, in tempore est præmonendum, quo d' in effectu hoc calculoso ex diagnosticis signis agnoscendo exquisita adhiberi circumspèctio debeat, quum cum aliis quoq; v. g. *cum dolore colico, & ischiadico*, signa aliquot

aliquot omninò penitusq; teneat communia, in quorum numero præcipuè existunt dolor circa lumbos, & infimi ventris rotius, renumq; regionem, item nausea ventriculi, vomitus, alui constipatio, & quæ sunt hujus faciei reliqua.

VIII. Atq; licet Affectus dicti inter se certis quoq; & peculiaribus gaudeant differentis, quum Colo dolente intestino, nausea & vomitus accidant frequentiores, quam torquente calculo; porro quum levior alvi durities in calculo contingat quam passione colicâ; & tandem quum hæc jugiter ac Ischiadica sit pede vagubundo errans, Nephritica vero pertinacior: tamen circumstantiis hisce omni ex latere tutò fidendum protinus non est.

IX. Rationem dare hanc libet, quod dolor circa lumbos renumque ditionem in ipso etiam calculo suum sæpiusculè situm non mutare non solet; ita ut nunc dextro versum nunc sinistra, modo utrinq; urgeat, prout renum alter magis vel minus afficitur, aut ureteres in descensu calculi affliguntur, *juxta vulgatum illud, ubi malum ibi manus, & inevitabiliter dolor*: Hinc si lapis in principio vel capite ureterum lateat, dolor occupabit lumbos, si vero in iisdem descendere jam incipiat, tunc in lateribus ille perferentiscitur, si tandem ex iisdem abeat in vesicam, inguina anguntur.

X. Insuper signa *Diagnostica* calculum confirmantis ordinis esse duplicis statuuntur interna videlicet atq; externa: Inter illa enarrantur ægra dolorosa & difficilis plane incurvatio dorsii, trurum stupor, ventriculi subversio, edendi fastidium, frequentiores mictus, testiculorum versus superiora retractio, incertus urinæ color & multiplex variatio, utpote quæ modo alba, modo rubicunda, nunc tenuis, nunc turbida, jam pituitosa, jam cruenta, jam arenosa, interdum pauca, nonnunquam nulla est, adeò sapissime à calculo ostium vesicæ clauditur vel obturatur, ut ne gutta quidem lotii exstillare possit.

XI. Nominanda hic pariter obstinatissima alui sequitica est, oriunda à vehementi renum inflammatione, quâ sævientè, & repletionè Coli accedente, dolores insigniter exacerbantur, atq; hoc ipsum quidem propter intestini dicti extensionem, quæ renes laborantes valdè comprimuntur, *Item lassitudo & torpor*

totius corporis, in hac signorum mentione non est prætereundus, qui dubio sine provenit à compassione partium alimentarium, & coctione primæ inferuentium. *Pariter flatu & tormina hoc in casu sunt attendenda, partim propter distensiones, quæ usq; ad stomachum, hepar & lienem se extendunt, easq; partes compressione suâ attingunt, partim verò & potissimum ob falsuginosa nec à sero debite liberata in intestinis excrementa, quæ tunicæ horum à crumoniâ suâ arrodere tentant, præsentia*

XII. Præmissis hisce internis signis, nonnulli non incongruè juxta squalorem linguæ aspiciendū hortantur, cujus causam calori quidem ariditatem hanc linguæ inducenti assignant, cum tamen potius ea in salinâ & petrosâ materiâ sit quærenda, ut pote ex qua evidentissimè calculus quidam portea apponitur dentibus, & hac ratione etiam consequenterq; lingua obluditur.

XIII. *Externa signa* quod spectat, conjectura præsentis calculi certitudinis fulcro magis stabilitur, si patiens calculosis progenitus sit parentibus, quemadmodum liberi ob naturam depravatam imbecillitatem potius sunt hæredes, quàm bonarum qualitatum atq; virtutum paternarum successores, *Item, si ægrotus in declinante jam versetur ætate, non si æscis sale conditis aut induratis fumo familiariter nimis sit usus; Si deniq; æger nimium indulserit gulæ, & crûdum si quotidie ingurgitaverit, vitamq; sine modo dissolutè ac continuatâ cum crapula traduxerit: Conclusum enim per facile, ubi ingluvies est quotidiana, & ubi major cibi potusq; est copiâ, ibi etiam necessario luxurians excrementorum abundantia, & hanc consequens nocumentum, quod facultatè expultricis hinc inferitur,*

XIV. Omnium tamen præ iudiciis omnibus maximè luculentum seu pathognomonicum calculi est signum, *Hipp. docente, s. 4. ash. 79. si sabulum, arenula, vel jam concreti quoq; lapilli matulæ adhærescant, atq; in ea conspiciantur; vel etiam, urinæ cuticulam lapideam instar cremoris tartari ostendant: Quo facto, ulteriori haud opus probatione est, quum quod oculi videant, cor fide facilimâ & pronâ dignari soleat. Et hoc jugiter est, quod venerandus Senex lib. 1. d. Dicta monet, dum dicit: oculis semper magis credendum esse, quam auribus opinionibusq;*

XV. Ad

XV. Ad *Prognosticam* convertens, statim exclamare audivo *Hippocratem: judicium difficile, difficile judicium.* Quicquid atamen sit, probatissima Medicorum diligentia & hinc nata experientia si insistam, minus fortassis hallucinari poterò. *Duplicis autem generis hæc prænuucia* esse deprehendo, quorum quædam mortem in sinu, & feralem exitum consideranti suggerunt, quædam vero Evangelium loquuntur, & solatio revalescendi decumbentem oblectant. Idcirco de singulis sigillarim.

XVI. Lapidem edisserunt, & malitiæ prælagium afferunt sequentia: 1. Si malum sit hæreditarium & ionarum; hoc etenim in casu *artis medicæ Professores* unanimi sensu consensuq; fermè pronuntiant omnes, quod spes perfecte curandi vix unquam tum relicta sit *juxta dietetium tritum: Naturam expellas furca tamen usq; recurrit.* Ita namq; comparatum esse nō difficulter constat, ut quæ Naturâ nobis sunt congenita, contumaciter, & cum desperatione immutationis inhæreant, sicuti aliâs humanæ potentia non competit, rei essentiam in primâ radice suâ pervertere.

XVII. Alterum mali ominis indicium est, si calculo præpeditus sit capularis & decrepitæ ætatis, aut si, quocunq; etiam gradu, sit in senioribus, de quibus *Hippocrates in Sect. 6. aph. 6. & 1. 6. Epi. Sect. 7.* expressam hanc adripit sententiam, Se nimirum affectiones renum supra quinquagesimum annum nunquam vidisse percuratas: Hujus autem rei causam aliam deprehendo nullam, quam caloris nativi infirmitatem, quæ expellendis è corpore excrementis planè insufficientis est.

XIX. Male scævum porro signum est, si calculus tantæ sit proceritatis & molis, ut per meatuum angustias nullo amplius modo transire ac penetrare queat præsertim tamen conditionem hujus deteriore reddit substantia calculi non friabilis, sed siliacea, & contritioni neutiquam obnoxia, quod enim durior & solidior est calculus, eò fortiora & vehementiora requiruntur medicamina eundem confringere valentia: Vasa vero & organa cum tenera & tenuioris submolliq; sint substantiæ sit, ut vim tam violentæ operationis sufferre non aut ægre possint.

XIX. Pessimam quoq; indicandi notam sustinet præsententia ulceris, ex calculo renibus inflati; Etenim si calculus quidam

quidam grandior renum substantiam occupet, impossibile est, ut in vehementiori præsertim corporis motu, imò vel in mediocri etiam illa attritu non saucietur. Unde quoque urinam cruentam paulo post excerni concernimus: Ubi itaque continui solutio seu vulneratio, & sanguinis extra vasatio, ibi quam facillè succedanea est inflammatio, atque per consequens ipsa exulceratio. Hinc in miserissimo hoc statu curatio manifestissimè evadit difficilis, cum renes exulcerati acris & calculum fortiter frangentia vix admittant remedia.

XX. Huic infaustorum Catalogo indiciorum quidam insereere amant & illud, si per aliquod dies inlotio constanter bullæ (quæ præcipuè in calculo vesicæ contriungunt) visantur & si illud nullo non tempore clarum tenue atque subtile compareat. Quorum prius, tartareos ac mucilaginosos humores unâ cum flatibus copiose in renibus redundare significat; posterius vero ingentem vasorum obstructionem portendit. Ex his igitur enarratis signis cuncti ferme Doctores conjuncto quasi effato incurabilem judicant calculum, cui tamen concluso protinus & ita simpliciter assentiendi calculum adjicere ob rationes infra exponenda recuso.

XXI. Latius quæ porrigunt nunticium, nunc mihi recensenda veniunt, & ea quidem apud Præcticos hinc inde observantur talia: Nempe si urina in principio, veluti etiam id semper fieri solet, reddatur tenuis & alba, sed postmodum in fundo scaphii arenosa reperitur saburra, quæ non solum deobstructionem vasorum, verum aliqualetn quoque calculi resolutionem infallibiliter denotat: Sive enim ex renibus & ureteribus in vesicam, sive ex vesicâ in matellam delabatur calculus, & protrudatur, eum plerumque turbida, crassa, viscosa, & arenosa hætenusque obstructionem retenta materia sat copiosè concomitare solet.

XXII. Deinde si calculosum hoc malum non sit congenitum, sed adventitium recensque natum, pariliter spes bonæ valetudinis affulget, quum morbo venienti feliciter occurrat Medicina & principis obstare eam peritè facienti sit admodum in proclivi, non secus ut unica ignis scintillula aquæ guttulâ extinguitur facillimè, imò facilius quàm incendium adustum multis plurimisque;

plurimisque; dollis: Aded venite præstat in tempore, quod omnium rerum solenniter est primum.

XXIII. Minorem quoque difficultatis expectationem ostendunt floridi & juvenes anni, quo tempore propter vigorem Naturæ atque calidi nativi integritatem malum non difficili negotio evelli potest; quemadmodum etiam si calculus sit friabilis, si renes adhuc sint salvi, & quæ sunt aliæ prognosin exoptatam apportantia. Hæc autem uberius ex præfatiis malis supra colligi queunt prout contraria juxta se posita alias magis elucescunt.

XXIV. Cum ergo illi qui genium morbi exactè norunt, medelæ opido sint propiores, ita & ego nunc restâ cursum meum ad curationis atrium dirigam, atque hæc lege pergerendi strictissimè observatâ, ut securim nobilissimæ artis ad vitiatæ arboris radicem ponam, illamque radicem ex scindere allaborem. Sic enim omnes fidei Medico morbi sunt curandi, ut frutices ac stolones paroxysmorum non amplius pullulare queant. Hæc omnia tamen paucissimus & Minerva viliori à me proferentur, quemadmodum alias Medicina non dicere, sed facere docet, & in hæc arte verba rebus sint potius probanda.

XXV. Sed ingrediens ipsum Curationis Sacrarium, aliam Meditrinam beneficium duplicata faciei conspicuam conspicio, & hinc velut alterum quendam Janum per celebrem deventor, quarum anticam præsentis sanitatis donum & ejus conservationem seu partem οὐρανῶν, alteram vero & posticam amissum secundæ valetudinis bonum, quomodo ipsum eisdem & tunc jucundèque recuperari possit, hoc est, partem θεγαπεντινῆν respicere haut absone colligo.

XXVI. Ad utrumque; hunc terminum ego pariter mentem meam & totum negotium applicabo, ita ut nihil quicquam præteream, quod ad professionem auxiliandi conducere videtur. Nimirum ut truculentus est propositus affectus, sic quoque summum erit studium navandum, ut iste aut penitus à corpore nostro arceatur, & sic tutela sanitatis nobis quam maximè sit cordi, aut quàm ocyssimè fieri potest, profligetur viscera jam excrucians. Pessimus enim iste hospes est, qui in diversori nostri corporis planissime non tolerandus, sed omnibus remedium sumis expel-

expellendus est; melius tamen non admittitur, & quidem conatu præcavendi solertissimo.

XXVII. Sed opus est ingens, quod intendo, & ausum effectum quasi impossibile, aded hoc vel ingeniosissimi captum Medici superat, quanto magis virum mearum tenuitatem, Quis etenim quæso hominum tam exoptatæ est valentiæ, & facultatis tantæ, ut depravatissimam cursum naturæ; in quo proh dolor! hæc post deplorandum lapsum varo corruptionis crure progreditur, invertere rursus possit. Ceterè hæc & consimilia mortalibus nobis penitus non competunt, utpote quæ omnipotentis tantum divinæ committenda. Ita enim cum labore mortali comparatum est, ut ille immortalè nihil efficere valeat.

XXVIII. Rem ita se habere, nulli equidem dubium est vulsum, attamen industria hominum non protinus erit damnata, si pro virili aliquid saltem præstare aut tentare illi conentur. Tanta enim & ineffabilis est DEI misericordia, ut de rigore juris sui, secundem quem petulantia peccatorum in Medicorum manus incidere cogitur, præmultum remiserit; Aded ut iustissimus JEHOVA genus humanum non tantum vulneret, verum etiam clementissimè rursus sanet; aded inquam ut non raro natura nostra opprimatur, sed & erigatur rursus. Et hinc æternus Creatorum Opifex tam Medicinam condidit, quam Medicum juxta creavit, qui scientiâ suâ unicuique corporis damno si non semper perfectissimo undique remedio, ad minimum tamen aliquali solatio ac doloris levamento occurrere callet.

XXIX. Atque etiam si propter nimiam mentis nostræ imbecillitatem non semper sit in Medico, relevelur ut æger; neque ex animi voto omnes ipsius in curando actiones semper succedant, neutiquam tamen animus planè est deponendus, neque omittendum isti quod vigore doctorum efficere scit, aut potest. Id quod vel sola proximi dilectio & virtus divini præcepti modis omnibus jubet.

XXX. Allubescit autem primò circa eam Medicina partem, qua sanitatem conservare docet jam versari, anam sic præbente hoc vulgato:

Si

*Sine vivere ut sanum restet, valentem,
Quod mihi das agro, dabit egrotare timentem.*

Taceo, quod, meo quidem iudicio, gravior sit sanitas retenta, quam reddita, quicquid etiam statuere placeat aliis. Magnum DEI munus est non ægotasse, & misericordiam non meruisse. Ego majorem Medicis puto gratiam deberi, qui ingruentem ægritudinem arcunt, quam qui depellunt sævientem: Siquidem magis optandum, non experiri malum, quam ab eo liberari. Imò cum primis in calculi hoc malo versiculum illum serio attendere suadeor:

Torpius ejicitur quam non admittitur hospes. Et hæc ratione à Medicina præservatrice ordiri decrevi, quam circa debitum Sex rerum nonnaturalium administrationem potissimum esse occupatam jam pridem fuit notorium.

XXXI. Act in harum ordine locum obtinet primum qui corpus nostrum perpetuo ambitu circumdat, & ex quo spiritum vitæ, quam diu vivimus, indefinenter haurimus. Ille igitur sive sanitatem à calculo sarram rectè conservare, sive ab hujus insulenti affligtam redintegrare studeas, purus, temperatus, liber, minime foetens, nec frigidus, nec nebulosus, nec uliginosus, neque palustis esse, aut vitiosis halitibus aliis non scaterere debet. Sol pariter nimio æstu ferrens & radii ejus quasi cremantes studiosè sunt fugiendi, sicuti nec corpus tempore crepusculi exhalationibus humidis est exponendum.

XXXII. Deinde fideli Medico incumbit, ut intentionis suæ oculos in culinam ac cellam immittat, ut certis vivendi regulis corpus circumscribere queat. Hic autem in genere præmittitur ut Medicus ad modica clientes ducat, & præcipiat, eos vitæ rationem usurpare tanquam infirmos, ut rectè etiam valere possint, verbi causa, cohibere appetitum ut mox etiam rectè & rationabiliter appetere valeant. Sic nempe admonendus est animus, naturam nobis minimum constituisse: Neque tam molestus creditor est venter, ut pote qui parvo dimittitur si modo, secundum Senecam, das illi quod debes, non quod potes.

XXXIII. Luxuriæ nocumenta prolixius hic perstringendi locus non est, quæ ut Medicorum nutritrix vulgo, vocatur: ita ex

adverso temperantia alma sanitatis est mater: Unde princeps Medicina Senior, Hipp. lib. d. morb. dicit rectissime:

Qui parum edis & potas, is parum & raro quog; laborat agrotatque. Et tamen, ingluvies ac gulæ lascivia si ulli, calculoso malo materiam & occasionem sufficientissimam, ut citatiori gradu non insulset, approbante id universo Medicorum choro, subministrat.

XXXIV. In specie aurem ratione cibi potusq; peccularis, delectus omnino & valdopere est necessarius, quemadmodum id liquido claret, ex progymnasmatō nostro priore de generatione calculi, ubi necessitatem hanc evidentissimis demonstrationibus atq; luculentis exemplis deduxi, dum potissimam calculi inter alias causam esculenta & porulenta petrosa esse probavi. Hinc Julius Caesar de bell. civil. appositè concludit dicens, ad sanitatis conservationem & morbi effugium plurimum referre quo quisq; cibo, & potu utatur. Atq; sic sua veritate constat, quod effectus de sua causa semper optimus atq; infallibilis sit testis, neq; materiarum suam materiam abnegare unquam queat.

XXXV. Ex alimentis gliscit illa quæ ἐύχρηστα καὶ ὑπερπικρά id est, boni succi & facilis concoctionis, quæve cum primis malum sua bonitatis indole quodammodo corrigere valent, sunt commendanda, & quidem ex carnibus, vitulina, agnina, avicula: ex piscibus speciatim perca, funduli, tucioli, Salmones, cancri & pisces saxatiles quicunq;: ex herbis & radicibus petroselinum, raphanus, Asparagus, rapa & napi, feniculum, malva, blitum, atriplex, beta, brassica, borubum, spinachium, : Ex fructibus cinara, pruna dulcia, cynosbati, acini & cetera, præcipuè tamen illa, quæ triplici hac eminent gratia, ut ad palatum sint delicatæ, & lapidæ, deinde ut ad benè nutriendum sint solidæ, tandemq; ad medendum juxta efficaces,

XXXVI. Contrario autem ex cibis vitentur panis nimium fermentatus, arenosus, pulvis farinaceus legumina penè omnia, lac non recensiter multum; (propter textum Hipp. 7. Epidem) carnes item animalium, vaccina scilicet, bubula, caprina, nimium salsa aut fumo indurata, extremitates quadrupedum, quæ nimium viscosæ, ligamentosæ, membranosæ, nervosæ & cartilagosæ, omni generis acerrima insimul, & acida; nequitia casei antiqui, & pisces, exceptis saxatilibus,

illis omnibus, præcipuè vero lacustres atq; palustres. Fugiantur quoq; omnis generis crudi crassiq; vaporosi & flatulenti, viscosi petrosiq; aromatici aliq; caliditatis gradu excedentes cibi, à quibus etiam non excluduntur saccharata, utpote aciditatis vitium persacile recipientia.

XXXVII. Pro potu adhibenda sunt vin a tenuia, & quæ vires mediocria (non tamen austera atq; acida) præprimis vero Neccaria & Rhenensia; item, cerevisia tenues atq; diuretice, quales in hoc Electoratu & in vicinia sunt Wurzenenses zerv. stana & præsertim Naumburgenses à Natura loci commendatissimæ: quæ de re medicum non dissentientem vide Dn. Matth. Un Zerum de Nephritide l. 1. c. 26. pag. 966. Item Prusana & carniū juacula hic encomium suum deposcunt.

XXXVIII. Potissimum tamen aqua quæ indies ad ciborum coctionem usurpatur, probe est examinanda, ne illa sit sua natura petrosa, & tam saxæ indolis, ac proinde in coctione topium adponat, firmiterq; ollæ aceretum relinquat, qualis aquæ & ejus insignis noxæ mentionem facit Helmontius c. 1. d. Luthias. n. 18. & 19. Caveat itaq; sibi quilibet non solum à talibus aquis petrosis, sed et in genere ab omnibus crassis, limosis, argilloisq;, tam in cibo, quam in potu quam diligentissimè.

XXXIX. Hoc ipsum, quod jam de observanda aquarum qualitate annotavi, Vir quidam honoratissimus, & amicus nobis conjunctissimus, satis evidenter & cum magno valetudinis suæ detrimento in effectu & à posteriori tandem expertus est, qui ex tali calculoso fonte, quem in domicilio suo familiarem habet, & quo quotidie est usus, execrandum hoc malum sibi (cum nemo parentum, aut consanguineorum suorum eodem unquam labore vel laboraverit) in gradu sat vehementi conciliavit. In hoc casu, si incommodum istud mutari non potest, egregium & multiplici experientia probatum nobis communicavit præservativum Helmontius c. 1. d. lib. as. n. 19. pag. m. 653. ubi refert totum aliud quod monasterium in tali casu beneficio cerevisia cum semine Danci. cocta, & pro quotidiano potu usurpata, probe semet ipsum præservasse.

XL. Motu atq; exercitium in hoc affectu sit temperatum, magisq;

magisq; ante cibum, præsertim horis matutinis, illud institua-
tur, ubi viæ post concoctionem sunt patentiores, & hinc excretio-
nes per agitationem eo facilius possunt promoveri, spiritusq; ad
discutienda excrementa excitari. Alias tamen exercitatio nimia
solidas partes exhaurire, calidum dissipare & corpus refrigerare
solet.

XLII. *Somno* nimio, præprimis vero Meridiano, mos non
geratur, nisi consuetudo, quæ alteram constituit naturam, aliud
suadeat, nisi in defectu somni nocturni, & in puncto senectutis,
propter causas, quas scilicet *Lemnius in exhortat. ad vit. opt. c. 6.*
recenset; Per eundem enim crudi humores mirificè cumulantur,
qui postea calorem nativum obtundunt, caput replent, aliasq;
hinc plures ac magnas corpori afferunt incommoditates. Ex
parte autem altera *vigilia* moderatæ sensus spiritusq; excitant,
eosq; vegetiores reddunt, simulq; excrementorum propulsiones
promovent.

XLIII. *Alvus* insuper hic observanda, quoniam *juxta do-
ctrinam Galeni lib. d. Ren. affectu* non solum pro præsertione,
sed etiam curatione calculi nihil tantopere conducit quam ean-
dem habere congruè apertam & lubricam, quapropter eò sem-
per hic respiciendum, ut quotidie excrementa debito modo re-
spondeant. Si enim alvi feces tempestivè riteq; deponantur, &
secum humores vitiosos efferant, corpus mirum quantum leva-
tur, inq; sanitatis statu feliciter conservatur; cum ex adverso illo-
rum retentiones, putridos efficiant vapores, concoctionem
impediant, fermentationem, aciditatem, falsedinem, & acre-
dinem insigniter adaugeant.

XLIII. *Urina* nunquam ultra stimulum suum est retinen-
da cum alias in hoc affectu illa semper esse oppressa consueverit.
Quæcirco quantum possibile modis omnibus est promovenda,
Cogitatu enim facilimum est quo diutius lotium continetur, eò
magis illud incrassari, eòq; magis calculosam coacervari ma-
teriam.

XLIV. *Veneris* porro studium, ut præ omnibus aliis actioni-
bus summè nocivum est calculosis, ita etiam eò diligentius ab-
isto abstinendum, cum primis tamen, si cœcundi desiderium acedo,
& falsedo tam urinæ, quam ipsius seminis in calculosis concitet.

ve-

chementius, ac stimulos istos sabulum per vasa exiens accersat;
Non enim illud dolorem, sed potius pruritus quendam, qui le-
visissimi doloris est species in vasis hisce inducere solet. Ad eò cer-
gissimum est, ne quicquam renes tam valde exiccando & enervan-
do ad calculum prognerandum disponere, quàm profectò *vene-
reos complexus*; Veluti hoc sæpissimè, teste *Unzero*, est observatum;
quod viri juvenesq; in cælibatu vitam agentes, nullas unquam
à calculo passiones fuerint perpesi, qui tamen postea con-
nubio inito, in eo strenue se gerentes, de doloribus nephriticis
statim sunt conquesti.

XLV. *Affectus* quoq; & *perturbationes animi*, ut sunt, ira,
tristitia, melancholia, metus & præcipuè anxietas curæ (à quibus
humores, sanguis, spiritusq; in corde veluti à febrili quodam in-
cendio effervescent, hincq; & inde impensè agitantur) præcipuè
cibi tempore, vel celebratâ jam mensâ longè imò penitusq; abes-
se debent, cum *juxta Nasovum*,

Mordeat ista tuas aliquando cura medullas.

Ergo quisquis etiam sit, qui calculo affligitur, ne ad calculos
sedeat, hoc est, ne inani cura, computationibus, aliisq; animi va-
nitatibus indulgeat.

XLVI. Adhuc in genere circa *partem viciatâ* hoc jugiter
est probè observandum, quod cuncta & singula medicamenta,
quæ in curatione adhibentur, applicari quoq; in puncto præserti-
tionis possint, & vice versa. Unicum tamen hic attendendum,
nempe quod remedia in minore dosi causâ præsertendi, sint por-
rigenda, quàm curandi gratia, quippe ubi dosis vel duplicanda.
Hinc tale construo axioma: quæ medicamenta in præserti-
one juvant, ea etiam continuata, inq; majori dosi exhibita ægros
infallibiliter restituere valent, & pristinam sanitatè promittunt.

XLVII. Cum autem commune inter mortales illud sit
vitium ut negligentia valetudinis præsertendæ isti plerumq; pec-
cent, & hinc præter opinionem omnem morbi sæpius gravissimi
eosdem invadant, quos demum nimis serò & post festum cog-
noscunt, idcirco invitabilis ordo ratioq; ipsa jam postulat, ut ad
alteram, quæ inter Medicinæ principes est, partem seu *Therapeu-
ticam* me sine cunctatione ullâ convertam. Est enim ea hæc ipsa,
quam ægroti cum primis cum suspirio exoptant, & quæ Medenti
illustrem angeli vultum conciliat.

B 3

XLIX.

XLIII. Verum oculos animumq; in hoc prægnanti Medicinæ articulo ad *prætorum libros, eorū observationes, curaciones, remedia atq; remedium formulas* conjiciens, confestim capi dubius hærete, num longissima ibi conscriptæ potiones, nū plus quā centiceps illa & prolisissima medicamentorū, ex omnibusq; regnis ac speciebus conflata compositio num, inquam ejusmodi remedium quasi centones spem aliquid salutare præsertim in hoc affectu, perficiendi spondere possent? Adeo ingredientium confusionem à verā Medicina abesse, & tam medicaminum quam Medicorum multitudinem ægrum perdere posse existimo.

XLIX. Exactiori enim consideratione dum perpendo Naturam suapte naturā atq; in actionibus suis neutiquam esse duplicē, triplicem, multoq; minus multiplicem sed simplicē semper atq; unam, abhorrendū potius ab hac componendi farragine & simplicitati studendum bono Medico esse reperio, quā ut inutili hac mixtione excellentes ingredientium vires obruantur atq; frangantur, præsertim, quod ipsa natura paucis modo appropriatis semper sit contenta, & sic ipsa quoq; jubeat, quæ per pauca commodius fieri possunt, ne perperam & incassum fiat per plura.

L. Ignoro quidem, aut dubito hic minimè, opposites affore, qui antiquitatem honorificè nominabunt, & ejus in facienda Medicina felicitatem, teste experientia demonstrabunt, etiam si longissimus illis præscriptionum formulis fuerint usi: Cui instantiæ pariter succedit, quod in tantā ingredientium copia necessario unum vel alterum subesse specificum debeat. Unde & *ille verus canon, an pro modernā Medicinā obsoletus: qua non profunt singula, multa juvant.*

LI. Ast hæc omnia suo loco relinquenda censeo, neq; etiam animus est, modo cum rectitudine judicii fiat, penitus hunc medicinas præscribendi modum impugnare, verum hoc saltem inquirendum mihi nunc proponam, unde scilicet faustus ille effectus ab exhibitione tam conglomeratarum commixtionum, & quænam ejus genuina causa: Puto igitur in hoc Specierum grege utiq; nonnunquam præsto fuisse quædam *specificè appropriata appropriatè, specificæ*, quæ non nisi specificas appropriatasq; operationes edere potuerunt.

LII. Id tamen hic quoq; non prætermittendum; utrum in hac concatenata mixtione, vel utrum unius alteriusq; appropriati aut specificæ virtus non impediatur obtundaturq; quod minus agendi efficaciam integrè exserere queat; Præsertim si quandoq; aut tortè fortuna addantur contraria, & diversis seu repugnantibus qualitatibus prædita? Sane sic arbitror. Si enim *venenum in lacte sumtum*, evadat minus noxium, quā per se haustum, eue idem quoq; in compositis & præcipuè benignis medicamentis non potius eveniat? Diversa ratio nulla nec argumentū probandū contrarium hic adest. Ergo concludo, solitarias atq; simplices qualitates, ut semper sunt uniusmodi & sibi similes, ita quoq; nobis & naturæ nostræ gratas esse atq; magis commendandas.

LIII. Ut ut autem *amplissimas hæc & magistræ Antecessorum formulas* sic diversimodè compositas non adeo æstimem, nonnulla tamen ex illis, quæ certò respectu majoris esse momenti mihi videntur, hic adscribere lubet, & quidem hoc intentione ea, non quod hæc vel illa composita præ aliis in suis conceptis formulis peculiariter arrideant, prout nihil omnino aliquot eorum non incongruè confecta atq; conferta deprehenduntur, sed ut exinde *præcipua simplicia* in morbo hoc multū valentia quodammodo, & eum seligendi discretionis cognoscere queamus, quæ postmodum commodè pro circumstantiarum conditione præscribi, præparari, opportuè invicem misceri, atq; sic, ratione Duce, adhiberi poterunt.

LIV. Summe quidem laudandi nihilominus sunt, *prætorum Medicine Doctores*, quod volumen tam operosum *variorum simplicium*, in calculo sat probatorum candidè nobis communicare non dedignati sint; at tamen in eo posteritas assensu suo illorum conatui tam absq; exceptione recusabit applaudere, quod indifferenter ferè omnia, modo in aliqua minimā dūtaxat qualitate calculo visa fuerunt adversa, commiserint, & accuratius ante in simplicium illorum facultates non inquisiverint, quanam scilicet ratione ac virtute in calculo aliquid præsent, vel secus; utrum cum reliquis admixtis ex eodem principio resistendi calculosa affectioni convenient, aut utrum ex alio aliquo fundamento vim sic agendi nanciscantur. Sed sola experientia hujus vel illius medicamenti

Medicamentis veteres fuerunt contenti, aliterum & potius
simum Medicinae fulcrum nempe Rationem in hoc capite ut
plurimum negligentes, nuda tantum relatione & causa omnino
non adjecta illud & istud tales actales effectus curare anno-
tarunt.

LV. Verum enim vero, non pigebit me communes istas calculi
tutationes à Medicorum vetustate præscriptas contemplari, illo-
rumque specialia hic remedia recensere, præcipueque tamen *juxta*
Methodum medendi laudatissimam ea distribuere, prout & illius
secundum hunc ordinem sanandi, jam adhuc in scholis vigentem reme-
dia sua adhibere fuit peculiariter cordi. Et quis Methodum hanc
strictè observandam confestim primo intuitu non videt in *affectis*
nobis proposito: U. gr. Ineptè & immaturè, hoc est, contra
fundatissimæ artis præscripta Calculus moverur & frangitur, ubi
primum doloris auxilium est promendum; Hic enim temerariò
augmento sic magis magis exacerbatur.

LVI. Sciviente igitur dolore Nephritico, & gravi exinde
paroxysmo, aut instante aut acerbis aculeis jam urgente quid hic
agendum sit, *methodus medendi* Medico affatim dicitur; Nempe,
quam fieri potest acceleratà cità celeritate, tollendus ille est atque re-
moveendus, quoniam *hæ indicationes* perpetuò sunt maxæ, utpote
toto genere præter naturales.

LVII. Mirissima autem medicamenta quibus *dolorem vel*
statim levare, vel penitus profigare intendunt, initio cum querant,
clysteribus in antecessum potius uti & *externis pariter lenientibus*
intentionem suam prosequi rectius tutiusque putant: Medica-
menta vero per os assumenda non perperam propinant, sed præ-
dictis viam quasi sternere & obstacula ad rectum medendi scopum
perveniendi amovere operantur. A *Clysteribus* ergò curandi pri-
mordium rectè capimus, cum illi intestina atque renes desubito
ab onere superfluo & inatili liborent, ac sic liberius spaciù visceri-
bus vasisque largiantur. Verum in quantitate minori enemata sunt
præscribenda, & repetitis pro necessitate vicibus adhibenda ne si
major illa sit, ex compressione renum dolor succedat vehemen-
tior.

LIX. Ad nominatum jam finem consequendum *Præde-*
cessores

cessores nostri tantummodo ad emollientes lenientesque, species recur-
runt, & hinc decocta confici jubent. Sunt autem illæ, Radix vel
Herba Althea, malva veronica, parietaria: Semina anisi faniculi carvi,
Flores chamomill. melilot. anethi. viol. ficu pingves &c. Item olea cha-
mom. scorpionum, amygd. dulc. & amar. persicor. & vel butyrum etiam
regens: quibus omnibus pro stimulo, per Specta prius circumstan-
tiarum seu symptomatum ratione aliquid de *cassia fistula. Hiern-*
pis. Exar. Rhak. agar. Elefl. lenit. diapr. de psyll. &c. addunt: Et
quum nonnulli enematum refugiant usum, *suppositoria* vicarium
hic munus sustinent, utpote quibus egestio alui non incommodè
etiam procuratur.

LIX. Adhibitis hisce, si dolor nihilominus excruciare
pertinaciter pergat, *inunctiones statim externas* ad leniendam
sentiendi acerbicatem applicant, & renum regionem utram-
que *angven: o Agrippa, dialthea, alabastris, Rosar: Oleo campb. liliorum*
alb. violarum chamom. axungia gallin: vel caponum &c. imbuunt:
vel *laminas* quoque plumbi renibus apponunt, quas quidem non-
nulli rejiciendas monent, ob frigiditatem scilicet summam, ma-
teriam repellentem, effluviumque pororum impediens; Atta-
nem, quæ ratione illis consensus dare liceat, non video, quia la-
minæ hæ licet naturâ sua sint frigida, quod etiam non nego, ni-
hilominus peculiarem hunc & mirum præstant effectum, ut cui-
libet in corpore parti dolorem paulatim adimant & quasi *magneti-*
câ vi extrahant, id quod manifestissimè est deprehendere, dum
quælibet pars affecta sub plumbeo hoc tegmine semper madere
ac sudare solet, in quo sudore *sal causticum* parti calorem dolo-
remque inducens, continuo egreditur & sua acrimonia plumbum
solvere tentans visibiliter adhærescit. Rationem rationis & eam
adhuc super addo, quod scilicet *illa attractio salucopiosa* fiat bene-
ficio *Mercurii* quo Saturnus abundat: Mercurius autem deperdi-
tè, ut sic dicam, salinum contubernium amat. Atque sic, modo
hoc atrocissimos in articulis dolores quàm optimè fuisse sedatos,
memoriter meminimus.

LX. Pro mitigandis porrò cruciatibus, *Præceptores nostri*
adhibere quoque *fomentationes* solent paratas aqua, in qua *folia alb.*
cham. furfures, sem. an. s. san. carvi, & similia decoqui curarunt.

C

Ad

Ad hanc etiam classem Balnea redvovuntur ex jam appellatis speci-
ebus instituta, quibus *semina lini* & *sanigraci*; *Flores Chamom. meli-*
lois. *Herbam alvæ, parietar. radix alb.* adduntur Sic enim leniendo &
molliendo & tenuia vasa dilatando Balnea multum efficiunt.

LXI. In corporibus plethoricis, & quæ sanguine, peculiari
copia, sunt conferta *Vena scdrio* in cubito ac latere dolente merito
admittitur, præsertim si imminens inflammationis periculum ob
insignes dolores & hinc succedentē humorum æcursum eam non
dissivadeat; vel si hepar calidam in renibus intemperiem exciter.
Præsertim vero jam inflammatione & humorum affluxu *Vena mal-*
leoli vel *poplitis* rectè aperitur.

LXII. Sedato vel imminuto sic dolore, antequam medi-
camenta calculum frangentia & propellentia adhibeantur, ante
omnia corporis sentina adhuc diligentius est *repurganda*, ne hu-
mores circumjacentes, & possimum pituita viscida, illa perpetua
calculi pedissequa, cum diureticis & saxifragis ad partem affectam
protrudantur, ignisqve igni malumqve malo sic addatur.

LXIII. Hunc in finem usurpant pro diversitate tempera-
menti & pro varia ægroti constitutione varia atqve diversa quoq;
carbatica. Imprimis autem & initio *mitiora*, quæ alvum suaviter
laxant, & omnem dejectiendi difficultatem avertunt; Plurimum
namque refert; Alioquin si intestina sæcibus gravata sint, & dolo-
res a calculo pariter ad sint tunc dejectione impedita illi terribi-
liter augentur, quod vitæ ex compressione evidentè angustiores
reddantur.

LXIV. Ex purgantium mitiorum numero sunt *vina medicata*
Laxativa quæ variis modis componi possunt, e.g. *R. fol. Sen. Elec.*
Ziss. pom. cieri recens concisum in taleolis N. r. Sacchari optimi Zvj. Vini
malvat. Cantbar. jss. cujus dosis est ad cochlear. ij. vel iij. Vel bibatur
vinum quotidie ex Rad. Asar. nasturt. aquat vel equiset. (Præsertim
si renes & vesica exulcerationem patiantur mire id conducit) Nec
minus hic locum habent *Elec. Diafese. Cass. Rhab.* & quæ sunt alia,
quæ familiaria officinis sunt laxantia, in quacunqve etiam forma
prescribi illa soleant, in dispensatoriis passim obvia.

LXV. Sin obstructiones ob bilis pertinaciam, atqve visci-
ditatem pituitæ nimiam magis sint fixæ, & ita quidem, ut prædi-
ctis

Quis purgantibus cedere negent, ad fortiora progrediendum erit,
veluti sunt, *Extr. Agar. Esul. Alband. Panchymagog. Crollii* ex quibus
I. a. in justa dosi pilulæ sunt efformandæ & dandæ. *Unzerus* in specie
sequens *catbæreticum* summe commendat *R. Aq. Alkekong saxifr.*
ana Zvj. Syr. de parietar. jss. Ext. panchym. Crol. jss. Mag. ꝑ. ① i ② j.
M. pro pot. Lazarus Riverius in prax. Med. lib. 8. Tom. 1. sequentibus pi-
lulis summa cum laude se usum testatur, R. Salis prun. Cryst. Tartari,
salis Baccar. hederæ & sol. nasturt. part. anaticas ex quibus cum *Sy-*
rup. quodam laxativo ac Terebinthina fiat pilul. massa, de qua die-
bus singulis pil. ad ʒj. mane assumendas præcipit: Mea veromen-
te non aberraretur, si pro purgatione feliciori aliquid de *diagryd. vel*
scammon ꝑto vel *trochis* etiam *Albandali* adderetur. Et hi stimuli ipsi
si immisceantur quoque *extractis Betonica, granorum Paon.* (quæ
imprimis in infantibus lapides & arenas crescere impediunt) *sc-*
lopendria, Artemisa, imperas. Radicum levistici ruta dictam. alb. Eryng.
Carolin. &c. magis famigerabilem, cum peculiariter materiæ præ-
parationem respiciant, efficaciam præstabunt.

LXVI. Pro singulari & specifico purgante habentur una
Cbryst. Salis Tartari, quas sic præparate docent *Chymici*; *Solve Tar-*
tarum calcivatum in aqua pluviali, cola, coagula, coagulatum in igne
aperto funde, donec æruleo comparas colore, fusum rursus dissolve in
spiritu V. optimè rectificato. soluti digere per 4. septimanas, dein abstrahere
spiritum vini ad tertias; & ad Crystallandum commode loca. Dosis ad
ʒj. Nec dubium est; hanc dosin exoptatius operaturam, si grana
quædam Diagryd. aut Trochisci. Alband. admisceantur.

LXVII. *Petrus Joan. Fab. in curation. variorum morb. observ. 13.*
per aliquod dies adhibuit *crocum metallorum*, quo vacuandi scopo
finito, postmodum dedit *specificum suum saxifragum infra clarius*
nominandum & sic ab uno homine intra quindecim dies sexaginta
calculos ossæ Dactylorum magnitudine exæquantēs, una cum co-
piosa sabuli materiæ per urinarium canalem feliciter expulsi. Ve-
rum cum *crocus Metallorum* sit admodum violentus in ejus locum
pilulas Antimoniales & Mercuriales fixas nobis prospero successu famili-
ares substituere placet.

LXIX. Sed quid de vomitoriis? Respondeo, quod & illa in-
ter corporis evacuationes non incongrue hic quoque numeren-
tur

tur. Sunt equidem nonnulli qui *emetica* plane in hoc affectu non competere asserunt, quod ventriculi robur sic evertatur & ad colligendam cruditatum varietatem plurimarumque incommodatum inductionem disponatur; tamen cum quivis vomitus hunc ipsum effectum protinus non praestet, sed saepissime & potius ejecta humorum malitia atque tartarea saburra nequitia emolumentum ingens afferat, imò & ipsa natura hunc se exonerandi modum non raro eligat, hoc praesidii genus non tam simpliciter damnandum erit, modo constitutio & status aegroti hoc ferat.

LXIX. In *Emeticorum* igitur porrigendorum consilio initium rursus est faciendum à mitioribus, quæ petuntur ex radice *Asar.* & *Pepon.* cortice *jugland.* floribus *genist.* *S. m. urtic.* & *raphan.* quæ si absque efficacia fuerint assumpta, fortiora surrogentur ut, *sal. G.* *Vitriolum album,* *crocus Metallorum,* *Ævis. f.* cum *Nitro præp.* A quibus, & aliis, qui abhorrent, naturam ad vomendum beneficio *penna oleo communi intincta laryngis* & *saucibus immixta* irritare poterunt.

LXX. Corpore sic ritè & cum prudentia evacuato, solutaque alvo, *lithonriptica* seu *calculus frangens* atque educens postmodum tutissima manu porriguntur, quorum uti jam roties dixi apud autores innumera passim reperiuntur, eaque sub omnigena med. camentorum facie, videlicet; sub forma *essentiarum,* *magisteriorum,* *oleorum,* *spirituum,* *uncturarum,* *pulverum,* *aquarum potio-um,* &c.

LXXI. Inter *essentias* summi arcani & *specifici* titulo insigniuntur *essentia Baccarum Akek* & *essentia salis fossilis*, quarum hæc ita preparatur: *R. Salis fossilis q. v. inde in retortam, aquam affunde pluvialem, & usq. ad extremam guttam destilla, post capiti morte, de novo aquam affunde pluv. superfunde & distillationem iterum, illudq. tam diu, donec sal. totum vel maxima ejus pars cum prædicta aqua transierit: Collectam aquam destillatam leniter postea usq. ad tertias abstrahet & in loco frigido seu cella ad crystallifundum expone. Hæc sane crystalli non tantum in calculo ipso, verum in desperatissimis etiam morbis atque inveterata podagra summum afferunt revalescendi solati-um.*

LXXII. *Magisteria* hic quoque proferenda, inter quæ procal-

calculo curando eminent *magisteria ex salis leporum, ceruorum, caprarum, sanguinis hirci, item nucleorum messorum, succini albi, coralli-orum, uclorum cancri Cori. Ovorum Struthii.* Inter hæc autem præfectim laudari miretur *Amplissimi Dn. D. Michaelis Mag. nephrit.* comp. ex *lapidibus* & *cornibus* quæ peculiari virtute operationem suam exerit.

LXXIII. Quoad *portiones* sequenti arcani efficacia adscribitur, *R. Tartari loti. ℥ij. Bacc. junip. ℥ij. uvarum pasul. ℥ij. in sacculo compacta impone hæc omnia in vasculum quercinum cum ℥ij. mensuris aquæ, locando ad fornacem & quotidie ad meliorem fermentationem, inveniendopostea ex cella assiduo pro potu ea utere. Arnoldus de villa nova vinum Akekengi. maximopere extollit, utpote cum quo materiam calculosam ita educi refert, ut manu colligi possit. Paratur autem fructus *Alkek* per confusionem cum vino albo cuius colatura postmodum exhibetur.*

LXXIV. *Pulverum lithonripticorum* ingens prostat copia, inter quos tamen ducunt classem *pulvis millepedum*, (de quo ad dissolvendos calculos portentosi plane effectus apud autores inveniuntur:) *pulvis lapid. Judais. item nucleor. Persic. mesp. Cynosbat. Dactyl. f. ucluum Alkekengi consuss. item Mandibular. ac pupillar. lucii piscis, o. ulorum cancri, leporis cum pelle in furno exsiccati, Moracille avicul. item Sem. Saxifr. Rusci fenic. perrosel. Raph. genist. bardana, magna urtica, Herniaria &c.*

LXXV. Ex aquis præferuntur *aqua sanguinis hirci*, quæ ex lumbis renibus & vesica calculos frangendo expellere potis est; *aqua Saxifr. Onon frag. Raph. Verbasc.* quibus omnibus *sal fixum proprium* ut eò magis animeretur earum virtus, addi solet. *Hartmannus* quoque *urina hirci* tanquam stupendi remedi tam interne quam externe usurpandi honorificam mentionem facit.

LXXVI. *Salia* porro quod attinet, de iis universale hoc dogma præmitto, quod scilicet natura omnem cujuscunque rei vim in eorum potestatem, tanquam in principium magis stabile & perdurans, posuerit; Idcirco etiam quemadmodum cuius lithonripticæ speciei sal suum inest nativum, ita quoque præ reliquis principis illud à Medicis eo magis laudatum antecellit. Huc etiam referuntur, aut referendi sunt variarum rerum, modo saxifra-

gæ cineres, ut *scorpiorum, lumbricorum terrestrium, milleped. stram. fabarum genista. &c.* Nam quicquid hi cineres præstant, non ut cineres id faciunt, sed quatenus in iis sal adhuc reconditum est.

LXXVII. Quam optime tamen *circa salia* adhuc est observandum illud, ut in curatione calculi potius *ad fixa & alkalia* respiciatur, quam *ad volatilia*, quoniam fixa salia longe potentius corpora solvunt, & non tam facile, ut volatilia solent, in remotionibus ductibus corpora dissoluta rursus deponunt; Sed potius sal volatile à corpore nostro juxta attrahunt, & per excretionem decenti modo sequestrant. Hinc colligi quoque ex facili ratio potest cur generationem potius, quam destructionem calculi adscripserim salii volatili & petroso.

LXXIIX. Spiritus ordo nunc tangit, ex quibus *Salini* præcedunt, longe aimirum efficaciores quam salia ipsa; Efficaciores dico; Sunt enim his manifeste subtiliores, longe potentiores, atque vi magis penetrandi pollentes. Hinc etiam inter hos spiritus quidam tantæ sunt efficaciz, ut ex tempore omnem calculum, si ve renes occuparit, si ve vesicam, in limpidum foris resolvant liquorem, qui liquor cuti affricatus, si ex renum calculo fuerit præparatus, illi egregium cosmeticum quæve colorem non adeo facile transcurrentem largitur.

LXXIX. Et hac potissimum virtute excellit *spiritus acidus Mercurii saxifragus*, cujus supra memoriam feci ex *Cl. Fabr. curationibus*. Cui tamen in laboratorio nostro robur magis virtuosum conciliare callemus: Huic quam proximè virtute sua respondet *Spiritus Nitri duplicatus* ut & *Spiritus Salis communis* (sed nostro modo præparatus, quo, verbi causa, ex tribus libris impositi salis ferme tres libras spiritus rursus, hoc est, exceptis 6. vel 7. unciis tota die elicimus; adeo multum est, mysterium regiminis, quem ignis deposcit, sibi cognitum habere. Et hac ratione etiam ex cæteris salibus in tanta copia spiritus nanciscimur) quorum hic ex *Helmontii* experientia de *lib. c. 3. n. 31.* sibi par remedium non habet in extingvendis ardoribus, (præsente etiam in vesicâ calculo) & infenum stranguriz, quæ difficulter alias sedari possunt: Summæ ergo non immerito existimationis sunt hi spiritus, qui insuper quoque putrefactionum incommoda impediunt, mucagines dissol-

vunt,

vunt, arenas quæve à renibus & vesicâ expellunt, teste jam cit. *Helmontio*:

XXX. Notandum hic pariter repeto de spiritibus, quod antea de salibus fuit pronunciatum; videlicet spiritus qui ex fixo sale præparantur longe notabiliore efficacia vigent quam qui ex sale volatili & halituoso proliciuntur. Hinc etiam *Helmont. loco dicto n. 32. Marinum & Hispanicum Sal.* quod omni propemodum, ut sic dicam, volatilitate caret, validius omnino censet quam *Lotharingium*, utpote quod satis halituosum est, & hinc in stomacho facile acefcit, propterea quæ putredinem & *Duelech* (hoc est, phrasi *Helmontiana* calculum) minus arcet imò potius auget. Sic quoque plurimum laudatur spiritus ex sale fixo urinæ præparatus. Et hoc fundamento nixi *Fr. Bas. Valenti. cum spiritu salis ex calce viva præparat. ac Helmontium cum suo ludo* gravissimas calculi passiones non raro curarunt.

XXXI. Sed circa commendatam hanc spirituum mineralium in calculo efficaciam non leve dubium obrepere videtur, quod etiam reticere in animum nobis non venit; Tale est illud, primum calculi principium donavi aciditati, & nihilominus in subsidium incidendi vocavi res acidissimas, hoc est, spiritus mineralis. Quid hoc? Malum malo addere non vereris iniquus; Ita plane contra scopum hic tenditur, & quod acetositate accidens frangendum erat aut mitigandum saltem, tu quasi dictorum immemor, contraria cum detrimento profers. Sic nempe dices.

XXXII. Verum enim vero non difficulter iudicio hoc me absolves; Si triplicem responsi dicam tibi dicam. Ergo attendas primum, inter acetositatem ventriculi & aciditatem spirituum mineralium magnam insignemque esse diversitatem: Illa, utpote adhuc crasse corporalis, magis quoque corruptibilis est, ac proinde quam facillime summum amaritudinis vitium adsciscit: id quod probo ex acetate, quod si corruptionem patitur, tunc aciditas ipsius in tardiosam statim transit amaritatem. Hæc vero tanquam spiritalis & alterationi quam difficillime obnoxia non in amaritudinem, sed dulcedinem potius convertitur. Deinde putes spiritus hos acidos ex earum rerum numero esse, quibus diversæ & contrariæ sunt infusæ facultates: Hi enim immodicas hæmorrhagias, evacuationesque

nesque alias quæ præter naturam accidunt, feliciter sistunt. Porro quævis etiam dura dissolvunt corpora, & sic per consequens potius humores pituitosos, viscidos tartareosque, atque cruditates quasvis prompte digerunt, incidunt absumunt, quæ de re *prolixius* & *doctè* *Unverus Doctiss. in Anat. Spagy. lib. 1. de §. 6. 12.* Tandem dosis quoque eorum est aspicienda, utpote quæ profectò minima, & vehiculum ex adverso, cui spiritus hi immiscentur, est oppido largum, in quo aciditas illa necessario ita diffunditur, ut vel exquisitè gustandi sensu vix perentiscatur: Quin nec hodie novum, similia curari similibus. Cautelam insuper à bono Medico observandam addo, qui spiritibus hisce tum temporis utetur commodius, quando excedens acetositas in ventriculo jam quodammodo est correctâ mitiorque facta.

XXCIII. Ad olea nunc pergo, quorum maxime præcipua sunt, oleum nucleorum persicorum, fagorum, utrarumque, amygdalarum, cerasorum, succini, macis, anisi, fœnic. junip. chamem. ruta, calami aromatici, terebinthini, scorpion. &c. Quibus adjungo butyrum recens, (ab Helmontio non infulse quinta herbarum essentia nominatum) cum saccharo candi loco salis æqualiter miscendum, atque mane jejuno stomacho quotidie sumendū; Hujus enim beneficio semita urinaria lenitur, emollitur, abstergitur atque sic aut calculi generatio impeditur, aut jam præsentis exitus mire promovetur. Ex parili fundamento prodesse ut ajunt, ita quoque poterunt fructus oleaginosi, uti sunt amygdalarum, fagorum, imò & oliva ipsa.

XXCIV. Notatu digna observatio est, quæ Crato & Amatus Lusitanus, item Lazarus Riverius de avellanis ante pastum comestis adducunt, nempe, secundum Cratonis experientiam, non paucos, sævis cruciatibus calculi diu affectos, crebro avellanarum usu liberatos; & virum quendam qui nephritidem vehementer passus, & ex renibus non raro capillos pubentes per virgâ verendam minxit, multumque de atrocibus doloribus ac ventris rugitu conquestus est pro abigendis his symptomatibus magno medicamentorum catalogo, frustra tamen, usum esse, aut cum præter spem ex usu cujusdam Avellanæ in victu vesceretur, liberum & sanum à tanto supplicio evasisse, dicente Lusitano. Atque sic quidem ipsi avellanæ erant usurpandæ, ut eas cum internis siccis membranulis initio tam præ-

parandii quam cænx comedere necessum haberet, Imo postea harum esum ante, in & post mensam religiosissimè continuaret, quo facto ita revaluit quoque, ut ne minimum quidem morbi vestigium rursus perentiret unquam. Addit quoque laudatus Lusitanus, in scholio, non solum hinc virum per assiduam avellanarum usum esumque; sed & alios quam plures à pessimo hoc affectu pristinum sanitatis vigorem constanter recipisse.

XXCV. Tam mirasæ avellanarum est virtus quas & ipse Avicenna jam dudum inter eas medicinas, quæ materiam lapidis renalis potenter absumunt, reposuit. Verum dicat mihi nunc aliquis hujus facultatis causam: Auctores sane hinc se extricare non potuerunt, scilicet hæsitantes, num avellanæ sua siccitate, ac peculiari facultate, membranularum interiorum hanc operationem perficerent; num vero propter oleaginositatem suam (quæ causa veritati prior accedit) hoc beneficium præstarent. Ast nihilominus hæc dicti affectus causæ insufficientes sunt, quemadmodum loco coronidii mox demonstrabo.

XXCVI. Probatissimum denique & præsentissimum medicamen est Tinctura illa quam *Nâr è Foxiv* contra calculum nominare consuevimus. Non opus autem arbitror esse, multa verba hic facere de multivaria & fidissima experientia nobilissimi hujus remedii, utpote cujus laudes passim hic & in locis exteris quam plurimorum in ore personant, qui proinde propter efficacissimum effectum tincturam hanc à Cl. Dn. Preside summo cum desiderio cotidie sollicitant. Hoc unicum tantum de laudatissima hac Medicina addo quod ea tam ex Basiliensi quam Helmontiani librorum scriptis iisdem principiis procedat.

XXCVII. Plura medicamenta, quibus internè assumtis calculus comminui & relegari potest, qui desiderat, is haud gravatim adeat *Celeberrimi Sennere. Clariss: Riverii Præses Medicus & præcellentissimi Unzeri tractat: de Nephritid.* Ubi adscripta eorum multitudo voto satis faciet quam propter studium brevitatis hic præterire lubitum est.

XXCVIII. Ad remedia externa, quorum beneficio insignè lenimentum calculosis quoque accedit, *theriac* ego non laudare nolo, sed hæc conditione ut dispositio corporis ægrotantis ex: Etè

resplendatur considereturque; quamvis non desint, qui usum earum penitus prohibere in hoc casu conentur, qua de re plura videri poterunt apud *sape laudatum Riverium*; Quemadmodum etiam & cum primis decidendi rationes subministrabit *Monumentum Genio Thermarum à Dn: Pyasido Sacrasum* & mox à nobis publicè pariter defendendum.

XXCIX. In illo autem casu, qua calculus in vesicam illapsus & ibidem ita adhaesus est, ut medicamentis nec frangi nec excludi amplius queat, ultimum remedium in *sectione & excisione* ejus erit quaerendum. Verum cum *parens noster Hipp.* Medicos veros juramento obstrinxerit, ne calculo laborantes scire tentarent, sed *Viri Chirurgia operariis* ejus rei factundæ locum darent, idcirco etiam id negotium his ipsis committo, cum primis tamen si lapis siliceus sit soliditatis; Si vero friabilis sit ille, sectio tam temerè instituenda non est, cum praesidium illud sit crudele & tædiosum; sed tum temporis potius conducent *Clysteres in vesicam communi solitoque instrumento* injecti, quæ injectio artis perito administratu tam facilis est, quam quæ in posterioribus celebrari solet. Unica tantummodo hæc cautela hic addenda est, ut *disti clysteres* nimium acres non sint, ne *virgæ vel vesicæ læsio* quædam inducatur.

XC. Hæc & consimiles aliz tam ab *Antecessoribus* præscriptæ, quam à *Modernorum* industria institutæ sunt curationes, curationumque documenta, quorum tamen pleraque ab *Experientia* quam rationis possessione, ut *antea dixi*, cognita habuerunt. Verum quam dubium sit soli fidere *Experientia*, *Venerandus Senex* in *statim Aph.* suo perpendendum suggerit, Dicendo, *Experimenta esse periculosa*: hinc non minus rectè monent, qui monent magnis utendum cautionibus esse in asserendis absque ratione datâ *Experientia*: Nil enim in Natura absque plurium causarum concursu fit, estque difficilimum, uni cuique rei vim suam & portionem effectus assignare, atque sic casum ab arte distinguere: casus autem soboles *Experientia* est, & *Filia Artis* ipsissima ratio.

XCI. Sanius igitur faciunt, & multò consultius, qui *Medicinam* non nisi *utroque pede*, tam *Experientia* quam *Rationi* incedere patiuntur, hoc est, qui *Experientiam* cum *ratione* arctissimo vinculo,

vinculo conjungunt. Fit enim hic sæpenumero alias, ut sola *Regente Experientia* & *Ratione* *Regina* exulante creberrima palliative curæ rebellio suboritur. Ad eodè ignotâ sic operantis remedii causa multa absurda porgerunt, ut aut vanâ inanisque, istâ vel istâ curatione dedecoretur *Medicina*, aut recidivæ non infrequenter inde proficiantur.

XCII. Calculus exempli faciem hic induat, & dictorum veritas ultrò dilucidèque comparebit. Qui igitur curare calculum aggrediuntur, ad *resolventium* usurpationem animus illi statim inclinant: Respondet etiam intentioni effectus, resolvitur calculus & expellitur. Sed paulo post quoque fit retrogradus aut denuo subnascitur. Quæ amabo causa: nempe *principia* nunquam fuerunt remota & fontes, unde propullulat calculus, nondum obturati. Sed ubi illud mali principium, ubi fontes illi, dices? Dicam ego: *Vitium coctionis prima non emendatur in secunda, neque in tertia*. O dogma Medicorum pretiosissimo auro pretiosius!

XCIII. Itaque Calculus feliciter nunquam curabitur, nisi tenerissima ipsius cunabula & prima scaturigo, quæ in coctionis primæ consistit vitio accuratissimè attendatur. Quod vitium nisi corrigatur, nativitas Calculi perpetua erit, & materia incrementum capiendi aderit sufficientissima. Ex adverso autem legitimis remediis gravissimum hoc malum spontè facillimèque persanari poterit, modo, quâ ratione *prima coctio* calculorum generationi radices suggerat, diligenter cognoscatur.

XCIV. Apponam nunc ego, diverticulis missis, *fundamenta*, ex quibus elucebit, qua ratione omnia & cuncta enarrata medicamenta calculo resistere, atque eundem etiam radicibus tollerere valent. Principia tamen, ut *exordio dixi*, fuscè hic repetere, id quod jam factum in *disputatione priori*, animus non est, Sed hoc saltem edissero, quod remedia quatenus uni vel alteri præsupposito principio contrariantur, eatenus etiam vel calculo resistunt cumque conerunt, & expelleunt vel mitigant & dolorem sustinent, atque sic porro.

XCIV. Tribus hoc diducam. Primum generandi calculi principium posui in *nimio acore ventriculi & ejus fermenti cessu*; Ergo subsumo quicquid ex omnibus prædictis remediis *nimio*

mlo acori fermentoq; resistit, vel illud tollit, aut etiam planè pe-
nitusq; aut nò tam facilè recipit, illud quoq; aut impensè aut quo-
dammodo duntaxat calculi generationem impedit, vel, naturæ
robur sic afferendo, fortiter illum expellit.

XCVI. In hanc classem refero *omnis generis olea*, quæ ace-
tositatem nullam, etiam si per annum & ultra steterint, degene-
rando recipiunt, item, *lapides, nuces quævis, nuclei omnigeni, oculi
cancerorum, mandibula lucii piscis, &c.* à quibus omnibus & singulis
acetositas in Ventriculo per præcipitium quasi frangitur. Item *vo-
mitoria*, hic non prætereunda, utpote quorum beneficio mukum
aciditatis è ventriculo ejicitur.

XCVII. Principium alterum generandi calculum *abundan-
tia salis* adscripsi, ejusq; *volatilius magis & nitrosi*. Exinde igitur sic
colligo: Omne remedium quod mitigare, aut tollere hoc sal in
corpore humano redundans valet, illud quoq; nobilissimum è
lithonripticum.

XCIIIX. Hic iterum ex prædictis remediis ea præsertim
sunt alleganda, quæ *salò alkalico seu fixo* sunt prædita, ut sunt *civerea
omnes, salia ex herbis & mineralibus præparata ac fixa*, quæ magnetica
quasi virtute sal volatile in corpore nostro, quo per calcinationem
illa fuerunt privata, extrahere, & secum educere solent; imo
eò, hæc ipsa salia *vim recundendi acetositatem* quoque habent,
quemadmodum hoc ipsum exemplis ad oculum clarissimis,
si chartæ jam parcendum esset deducere possem. Huc etiam refe-
renda sunt omnia *balnea*, in quibus per sudorem non solum sal co-
piosè transit, sed & aquæ ipsæ illud ex corpore quasi educunt.

XCIX. Principium tertium construendi calculum *ca-
lori* tribuere placuit; Unde porro sic conjicio: quemadmodum
singula quæ nimis calida & aromatica sunt in cibo potuq; calculo-
sis serio prohibenda; ita è contrario in curatione *temperata &
frigida* ex prædictis remediis sunt commendanda. Atq; sic non
tantum prænominata remedia, causis jam recensitis resistentia,
insimul hæc refrigerandi & contemperandi virtute pollent, verum
etiam & potissimum *salini spiritus* operatione hæc nobilitati sunt,
utpote qui refrigerant, sal corporale resolvendo, promovendo
secumque removendo.

XC VII. Hæ

XCIX. Hæ scilicet sunt genuinæ rationes, quibus perspe-
ctis potentiam virtutemque hujus vel illius medicamenti calcu-
lum confringentis propellentisque accurato ni fallor iudicio dis-
cernere atque concernere possumus, Has itaque causas qui studio-
sè observare studebit, non tantum ex asse medicamentorum facere
selectum sciet; Verùm paucissimis quoque specificis illisq; opti-
mis in hoc atrocissimo malo brevi temporis spatio incredibilia
efficiet.

C. Hæc sunt quæ volui, & quæ expromisso debui, de curan-
do feliciter calculo inaugurali, sed & fideli calamo proponere.
Desino igitur, sperans benignum Lectoris iudicium, & de meliori
suffragium. Interim, quicquid eveniat, mihi sufficit, veri
aviditatem, quæ successibus inardescere solet, effe-
ubique tutam.

Si

SOLI DEO GLORIA.

inda præcipue seqq. sunt. th. 12. lin. 5. postea l. 6. ob id dicitur. th. 13. l. 6. Sa-
re. th. 24. l. 1. nuntium th. 25. l. 7. θεραπειαν th. 26. l. 8. διαφορια th. 29.
ludare th. 79. l. 3 quod,

cul
illis




...

C. Hac post dicitur...
Deo...
...

SOLO DEO GLORIA.

...



402
3303

Mf 39929

Hauptmann August

Curationem Calculi Humani, ... Sub Praesidio Dn. Christiani Langen, ...
Licentia Placidae disquisitioni P.P. Augustus Hauptmann, Dresd. ... Ad d.
X. Sept. ... 1652.

Lipsiae. Literis Quirini Bauchii [1652] 4°

Wrocław BU 399318

MIKROFILM 35 mm

Negatyw / Diazo / Pozytyw

.....1.....+.....1.....+.....